11° int.

ARTICOLO

Estratto dalle Efemeridi di Roma del mese di Agosto 1823.

In una orazione recitata dal ch. Sig. Abate Domenico Antonio Marsella nel principio di un nuovo anno scolastico, in cui l' oratore fece vedere, quanto il viver delicato, e molle si opponga, e pregiudichi al progresso degli studj, prese egli nel fine di essa a descrivere con molta vivezza, ed acuto sale il leggiero, e capriccioso vestire di que' giovani, i quali si danno tutto il pensiero, e la cura di seguire ognuna delle correnti mode, a fine d' indurgli in tal guisa a lasciare simili inezie, e leggerezze, e rivolgersi tutti all' acquisto delle scienze, che era lo scopo propostosi dall' oratore.

Il ch. Signore Abate Missirini ha voluto tradurre tal saggio nell' idioma toscano, ed ha ciò fatto in versi sciolti, come appunto si conveniva al soggetto, e per concorrer meglio alle intenzioni, ed al fine propostosi dall'ottimo dicitore. Noi gli riportiamo quì ambedue.

. . . Tanta, tamque multiplex summorum virorum labore, curâ, industriâ ad rem litterariam universam accessio facta est, ut optimae quaeque artes, et disciplinae ad quamdam veluti maturita-

tem jam pervenisse, neque quidquam omnino in posterum timere posse videantur. Utinam tamen sic se res haberet! At si quis cordatus paullulum modo circumspiciat, nonne tam mollem, et delicatam vitae rationem in dies invalescere perspiciet, quâ et mores in deterius ruant, atque unâ simul litterarum, atque optimarum artium studia, quae adhuc vigere visa sunt, penitus tamdem jaceant necesse sit? Quotus enim quisque nunc reperitur, cujus pene omnis industria vitae, et vigilandi labor in victu, cultuque corporis expromi non videatur? Sit lauta, et peregrina supellex, sint conquisitae epulae, sint arte elaboratae, et in dies novatae vestes, compositi ex more capilli, sint unguenta, sint odores. Viri nempe ipsi, iidemque constantis etiam, et ingravescentis aetatis vestiti, ornati ut concinne! ut molliter! ut nove! Inspice, quaeso, turrito, aut pyramidato pileo, farto, rigentique focali, unde pellucidus prominet lapillus, arctâ, et refugâ veste, eâdemque ad pectus gossipio, vel stupâ turgenti, ternâ, aut quaternâ interulâ, eâque variatâ coloribus, muliebri sane thorace ad elegantem totius corporis incessum, demissitiis, sinuosisque femoralibus, micantibus, ferreisque clavis instructis ocreis, rideret utique Heraclitus ipse; simul et tonso, cristatoque capillo, contractâ fronte, elato supercilio, pilosis genis, inflatis buccis, ore, mentoque composito, et nodoso dexteram subeunte bacillo, severos ut putes ire Catones, vel potius aenea in-

cedere signa, quae pedibus obstrepunt, et varios spirant undique odores.

Quid porro recentes isti urbani, quos, si audias, negotiosos sane homines, si vero penitius intuearis, in nihil agendo dixeris occupatos? Num quis recens invectus mos? num quae nova cultus ratio? num quae solatia, joci? De his totos disputant dies; haec vestigant, odorantur. Juvat et noctem ducere ludo, et in medios dormire dies, et ad sonitum citharae fingi artubus, et motus etiam doceri jonicos, possint ut traducere tempus, variare voluptatem. Atque haec omnia cum molliunt animos, tum etiam non levia valetudini incommoda pariunt, tametsi novae corporis curandi, tuendique rationes in dies proferantur, recte, an secus, alii viderint, ego quidem nescio; hoc tamen scio, horum mentes, cum tot distineantur nugis, minus jam idoneas reperiri, quae litterarum, atque optimarum artium commodis inserviant. Et certe quae nunc vulgo viget doctrinae cupiditas, nonne eo pene tota recidit, ut veteribus linguis aut omnino neglectis, aut vix primis labris degustatis, non ex fontibus, sed ex rivulis nescio quibus jejuna quaedam, et solivaga eruditio hauriatur, quâ non nostrates solum Aspasiae, sed viri quoque ipsi vel in conviviis, vel in circulis ingenium venditent, omni de re disputent, erudituli videantur?

Age jam, quid juventus his orta parentibus? quid adolescentes ex tam molli disciplinâ produ-

cti, quae *nervos omnes*, clamat vel ipse Quintilianus, *et mentis*, *et corporis frangit*? Censes ne eos futuros, qui in bonarum artium, severiorumque disciplinarum studia pro viribus incumbant, qui earum commoda proferant, qui eas summâ cum laude posteris tradant, quos cum videris, Charitum citius alumnos, quam Musarum putes cultores? Cave potius, tot deliciarum illecebris cum sint deliniti, ne haereat persaepe lateri lètalis arundo, sic ut omne nefas de tenero meditentur ungui, quodque gravius, exemplo trahenti perniciem veniens in aevum, sint mox daturi progeniem vitiosiorem.

VERSIONE.

Ben io credea, che la solerte cura
De' sommi ingegni ogni scienza, ed arte
Avesse posto d' ogni altezza in cima,
Onde poi non avesse unqua dègli anni
Temere il dente, e d' ignoranza il sonno.
Così sia in grado al ciel! Ma chi nel petto
Ha magnanimo cor, che non s' adiri
Al molle, e delicato ordin di vita,
Ond' oggi il buon costume in peggio torna,
E con esso ruina ogni bell' arte?
Quanti v'ha mai, ch'ogni lor cura han posto
Ne' banchetti, nell' ozio, e nelle mode,
Onde la fertil Gallia oggi riempie
I femminili ingegni? . . . Oh profumate
Donzelle, e non donzelli! E a che vi giova

Sì lezioso culto, e i peregrini
Muliebri arredi, e quel cangiar di veste
Più volte al giorno, e i crin composti ad arte,
Egli unguenti, e gli odori? . . In donna appena
Questo io sopporto, e soffrirollo in voi,
In voi prognati dal sangue di Numa,
In voi, che generosi il nostro grido
Tornar v' incombe allo splendor degli avi?
Mira amico di grazia ai nuovi Efebi,
Come il cappel turrito alto s' innalzi,
Come la vesta si restringa, e fugga
Dopo le spalle, e inturgidisca al petto
Di compre mamme, e splenda a più colori?
Femorali han dimessi, e a mille pieghe
Rincrespati, e barbarici . . . E coturni
Calzano al piè vie più che pece neri,
E ferrati al talone . . Han tonso il crine,
E ciuffato sul fronte, e largo il ciglio,
E pilose le guance, e l' una, e l' altra
Gota turgente sì, che grave appoggia
Sul collarin soggetto, e la diresti
Sovra netto bacino! . . E chi sarebbe
Eraclito così, che non ridesse
A tai fantocci, che in sembianza incedono
Di rigidi Catoni, e simulacri
Poi son piuttosto; e niun segnal, pur niuno
Hanno di vita, che il rumor dei piedi,
E il nembo degli odor, che intorno spargono?
Or ch' altro faran mai cotali alunni,
Che favellar di mode, e di sciocchezze,

E trar nell' ozio gli operosi giorni?
Quindi al gioco protraggono le notti,
E levansi al meriggio: ogni lor studio
Pongono in modular joniche ariette,
E le membra atteggiare a dolci suoni,
Onde meglio frodar le lunghe noje,
E variar la gioja in mille guise.
Ond' è che poscia affievoliti, e lassi,
Smunti li vedi, di pallor dipinti,
E stomaco di carta accusan crudi.
Or per sì fatti eroi puoi tu pensare,
Che le scienze s' avvanzino, e le buone
Arti secondin la speranza ausonia?
Ogni lor sapienza è vana, e solo
Ne' titoli riposta: e di profonda
Filosofia fiato non hanno, e niuno
Saver de' prisci classici sermoni,
E niuna cogli antichi aurei scrittori
Hanno amistanza... Cultor delle Grazie,
Non delle Muse ei sono.. E al ciel non piaccia,
Che sdolciati così non tentin cose
Vie più nefande, e che il funesto esempio
Si propaghi ne' figli, e sia de' padri
Più corrotta, e degenere la prole!

La seguente narrazione con le inscrizioni sono dello stesso Autore (estratte dalle Efemeridi letterarie di Roma del mese di Settembre 1823.)

Archisodalitas sanctae Mariae, cui ab oratione, et morte nomen hic in urbe via Julia ad Tiberim, ut PIO VII. Pont. Max. et Sodali amplissimo, ingenti cum omnium ordinum moerore, ac luctu nuper defuncto, meritos, debitosque tribueret honores, justa solemnia solvenda curavit. Itaque sacra aede funereis perelegante ornata peripetasmatis auro lemniscatis, et cereorum copia undique collucente, magnifico excitato pegmate, cui splendida superposita lodix ex serico villoso, et auro intertexta, quam Joannes Turlonia Sabatiae, seu Braceni Dux, ac primus ejusdem Archisodalitatis Custos dono dederat, IX. Kal. Octobr. prima luce piacularia sacra peragi coepta, exinde Sodales frequentissimi statas pro defunctis horas rite concinuerunt, postremo sacris solemnibus cum cantu operatus est Praesul Constantinus ex Marchionibns Patritiis XII. Vir urbanus sacri Consilii litibus judicandis, et ejusdem Archisodalitatis Gubernator. Neque vero inscriptiones defuerunt, quae praeclara tanti Pontificis gesta singillatim referrent. Nam

Exterius supra epistylium forium :

PIO . VII . PONT . MAX.

ARCHISODALITAS

SANCTAE . MARIAE

CVI . AB . ORATIONE . ET . MORTE . NOMEN

PRINCIPI . SACRATISSIMO

SODALI . AVGVSTO

CVM . LACRIMIS . PARENTAT

Interius vero hinc inde ad templi latera :

I.

PIVS . VII . PONT . MAX.

PETRI . NAVEM

SAEVIS . IACTATAM . FLVCTIBVS

SINGVLARI . PROVIDENTIA . IN . ARDVIS

MIRA . ANIMI . FIRMITATE . IN . ADVERSIS

INCOLVMEM . IN . PORTV . COLLOCAT

RELIGIONIS . VINDEX . ACERRIMVS

II.

PLVRES . CAELITVM . ORDINIBVS . ADSCRIBIT
SOCIETATEM . IESV . RESTITVIT
CLANDESTINIS . CONVENTIBVS . INTERDICIT
PONTIFICIAE . DITIONIS . PROVINCIAS . RECIPIT
OPTIMAS . DISCIPLINAS . AC . LIBERALES . ARTES
IN . SPEM . VETERIS . GLORIAE . ERIGIT
PONTIFEX. VIGILANTISSIMVS. PRINCEPS. MVNIFICENTISSIMVS

III.

MAXIMIS . CVMVLATVS . HONORIBVS
AB . QVIBVSQVE . GENTIBVS . ET . PRINCIPIBVS
NIHIL
DE . MODESTIA . SVIQVE . DESPICIENTIA . REMITTIT
HVMANITATE . BENIGNITATE . IMPERI . LENITATE
CVIQVE . CARISSIMVS

IV.

REM . CHRISTIANAM
TEMPORVM . ASPERITATE . AFFLICTAM . PERTVRBATAM
RELEVAT . COMPONIT
EPISCOPALES . ARCHIEPISCOPALES . SEDES . CONSTITVIT
LEGATOS . ET . VIROS . APOSTOLICOS
IN . AMERICAM . VSQVE . MITTIT
CATHOLICAE.RELIG.FIRMANDAE.ET.PROFERENDAE.CAVSSA
IN . DISIVNCTISSIMIS . ET . FLORENTISSIMIS
TERRAE . TRACTIBVS
PASTOR . DE . VNIVERSO . CHRISTI . GREGE . SOLICITVS

ROMAE MDCCCXXIV.

Ex Typographia Crispini Puccinellii ad S. Andreae vico Valle,
Permissu Praesidum.